



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Generalis Totius Sacri Ordinis Clericorum Canonicorum  
Historia Tripartita**

**Pennotto, Gabriele**

**Coloniae, Anno M.DC.XXXXV.**

VII. An Clerici Canonici ante D. Augustinum aliquam certam determinatam  
Regulam haberent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38634**

bat, primitium Ecclesiam illud vitæ institutum coluisse, quod tunc Monachi tenebant, & Eusebius Cœlariensis scribat, illud institutum primitius Ecclesiz retentum vix ad sua tempora in omnibus Ecclesijs, & Monasterijs, vbi vides, idem sive institutum Clericorum, & Monachorum primiuit Ecclesia. Quare ut aliquo modo concedamus, verū esse, quod Baronius scribit, dicendum est, B. Athanasiu, & B. Eusebium primos suis, qui clericis instituta monachorum adiunxerunt, non per novam institutionem, sed per reformatiōnem: vel quia prater tria vota aliquas rigiditatem, & obseruantias ex ordine monachorum acceptas ipsi clericis addiderunt, & tandem hoc certu, non clericos regulares ex monachis ortos, sed è contrario monachos ex ipsis clericis regularibus: nam prīmo omnes clerici regulariter viuentes instituti sunt, & communem vitam ducentes: secundū, multi etiam ex laicis primitiū Ecclesia communem vitam ducebant, vt patet ex Actis Apostolorum: tertio, cum calor diuinus Spiritus in fidelibus laicis defecisset, aliqui tamen illud vitæ institutum renunciaverunt, & ad illud solemni voto se obstricti erint: & illi vocati sunt Monachi, qui medium gradum tenebant inter clericos, & laicos, ex Dionysio cap. 6. de Ecclesiastica Hierarchia, & isti sub regimine clericorum manabant, quippe qui nominis à tempore Sircij Pape cuperunt ad ordinis admitti ex dispensatione. Imò non defunt, qui in dubium revocent, an in primitiū Ecclesia ipsi Monachi tria vota profiterentur, & Glossa in cap. de Vidiis in verbo Proprijs. 27. q. 1. & Iohannes Andreæ in cap. finali de conditionibus appositis dicunt, quod olim Monachi non praefabant obedientiam, & illa Glossa in l. Si quis presbyter in verbo Monachus, C. de Episcopis, & Clericis, dicit, quod Monachi propria possebant, & hoc est certum, quod illi more laicorum decimas soluebant, vt nota: Glossa in cap. Ex parte tit. i. in verbo La- barum. de Decimis.

## CAPUT SEPTIMVM.

An Clerici Canonici ante D. Au-  
gustinum aliquam certam, &  
determinatam regulam habe-  
rent.

**V**m duo sint ad Regularem or-  
dinem instituendū necesse, ria,  
nimur profilio Regula, ac  
certus, & determinatus habi-  
tus. cap. Porrectum de Regula-  
ribus, notatque D. Thomas cō-  
muniter à Doctoribus recep-  
tus in 2. 1. q. 184. art. 6. hinc duplex dubium circa  
cap. de Canonici Ordinis institutione tradi-  
dimus, statim exoritur, alterum an clerici Cano-  
nici, qui B. Augustinum præcesserunt, aliquam

certam Regulam haberent: alterum an haberent aliquum habitum certum, & determinatum. pri-  
mum dubium in hoc capite, secundum in sequen-  
ti expendum, & resoluimus. Ritus aduenten-  
dum, primus dubium non vnum, sed plures etiā  
articulos continere, primus enim esse potest, an  
haberent aliquam certam Regulam: secundus que-  
nam illa esset: tertius an illam Regulam expresa,  
& sub aliqua determinata verborum forma pro-  
fiterentur. Circa primum articulum à parte ne-  
gativa est apparenz argumentum: quia si affirmemus, illos certam regulam habuisse, vix ac ne vix  
quidem assignari posse videtur, quenan illa fue-  
rit: non enim sufficit respondere, illam fuisse re-  
gulam Apollonica in Actis Apostolicis descrip-  
tamnam regulam illa generalis est, quam non solū  
clericij Canonici, verum etiam Monachi, & in vnu-  
uerum omnes Regularium ordines profitentur:  
hoc enim est, quod inquit Glossa in quartum cap-  
put Actuum Apollonicorum, in illo primo in-  
stituto Christianorum omnes Regularium ordines  
veluti in linea materno contentos fuisse. Quare ut  
ordo Canonicus à Monastico, & ab alijs ordinib-  
us etiā specie distinguitur, opus erat altera Regu-  
la, cum ordinum distinctione non solum sumatur ex  
professione triū votorum, in qua onnes ordi-  
nes conueniunt, sed ex distinctis regulis, secundū  
quas distincti ordines diversimo de professionem  
emitunt. Et augerit difficultas, quia sicut clericij  
ante Augustinum profitabantur Regulam Apo-  
stolica, ita etiam & Monachi: unde sicut Canonici  
Regulares prætendunt huiusmodi Regulam illi  
traditam, ita & Monachi: & sicut Canonici præte-  
dunt, illorum ordinem fuisse primum ordinem in-  
stitutum in Ecclesia, ita etiam & Monachi: & non  
defunt graues autores, qui affirmant primum ordi-  
nem institutum in Ecclesia, fuisse ordinem Mo-  
nasticum, inter quos est D. Bernardus in Apolo-  
gia ad Gulielmum Abbatem Cluniensem.

Nec videtur sufficere, si dicam<sup>9</sup>, quod D. Tho-  
mas in 4. d. 38. respondeat, quod antequam essent ista  
regula, que modò sunt, erat aliquis modus viuen-  
di ab Ecclesia approbatu, quo aliqui ad ea, qua  
supererogationis sunt, se obligabant: & tunc certi  
temporis obligatio ad illum modum viuendi idē  
faciebat, quod nunc obligatio ad certam regulam:  
qui D. Thomas loquitur ibi non de regula, sed  
de modo profitendissimo solemnis illa forma seu  
modus profundi certam aliquam determinatam  
regulam postulabat.

Nihilominus absolute dicendum est, illos clerici-  
cos aliquam certam Regulam habuisse, secundū  
quam profitabantur: nam Regularis à Regula di-  
citur unde vel non erant illi clericij Regulares, vel  
aliquam Regulam habebant: & quoniam solutio  
huius dubij ex resolutione secundi articuli pèdet:

**A**d secundum articulum deueniēdo, resolut  
eo. Regula secundū quam clericij primitiū  
Ecclesia profitebatur, erat ip'sa regula in Actis

IL

Y 3 Apo-

perducendo vero idem probatur ex sermone L.  
de Communi vita Clericorum, vbi meminit Pa-  
triopotes sui, qui necdum erat in sacris confi-  
tione &c. epif. 161, in qua interimit cuiusdam  
Ammon fecit i paenitentia in monasterio nutriti;  
et illius Lectoratus clericibus insignis or-  
nat illi ergo non pro solan Ordinis suscep-  
tione pertinet, sed expellam professionem  
ministrat.

Necnon, quod B. Augustinus, aut alij ante  
ullum aliquam determinatam formam pro-  
fessionis considerant, credendum enim est, ta-  
ctum hanc traditam, quamvis illam non tenea-  
mus, sed deinde per se, talem formam traditam  
in Diogenio loco proxime allegato, nam licet de  
hinc antea loqui vocatur, tamen ruerat lo-  
quuntur etiam, qui per votum sollemnem spe-  
ciat non sequitur duno seruitio mancipabant,  
necnon secundum formam profundi fuisse  
conveniens in generis, quod scilicet aliquibus  
temporibus voti, quod emittabant, quibus  
temporibus obligarentur in illorum arbitrio  
non contentes, sicut etiam in contrahendo  
temporibus determinati est a Christo forma in  
panis eucœliis exprimitur per aliqua verba  
inclusa, ut per tempora externa, que a contrahendo  
temporibus subiaceant, ut per tempora in par-  
ticulari modis contentis exprimendus sit, in  
ibidem coniunctum colatum fuit.

## CAPVT OCT AVVM.

*Ad iudicium Clerici Canonici ante  
Augustinum certum regulare  
habitu[m] habere[n]t.*

**S**ecundum dubium maiorem  
difficultatem ingerit, an iudicium  
Clerici Canonici ab Apostolis  
institutum ante D. Augustinum  
haberet aliquem certum, et  
determinatum habitum, nam  
quod eiusmodi habitu[m] habue-  
runtur secundum videtur, quia deter-  
minatum esse auctoritate requiritur ad determina-  
tum regulum ordinis constituentium tanquam  
formam professionis interne, ut notat  
B. 12. quæst. 8. art. 8. est contrario vero vir-  
tute ei imaginari, quis, & qualis fuerit huic  
modi habitus, cum ex verissimis Ecclesiæ tradi-  
tionem tam modo pingendi Sanctos Apo-  
stolos, & clericos primiæ Ecclesiæ approbatu[m]  
modus nullum certum, et determinatum ha-  
bitum, sed quicunque illorum habitum induc-  
tur, secundum & temporis, & loci congrue-  
tia, & inveniatur vel quæsi pietas, & charitas fide-  
i, & foli-  
subi-  
ex-

258  
Apostolicis descripta enim habemus vita Diu-  
Augustino in sermonibus de communi vita Cle-  
ricorum, in quibus fatetur, ius clericos institui-  
se secundum modum, & regulam sub Sanctis A-  
postolis constitutam. Imo verò ipsa Regula D.  
Augustini nihil aliud est, nisi explicatio Regulae  
Apostolicae, ut vel prima verba eiusdem Regule  
satis eidenter indicant. Postidius quoque in vita  
D. Augustini inquit, illum monasterium intra Ec-  
clesiam instituisse, & cœpisse viuere secundum mo-  
dum, & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam,  
quod etiam habetur in dicto officio per Ec-  
clesiam probato, ut superius dictum fuit.

Ad illud verò quod in contrarium obiicitur,  
Respondo, distinctionem ordinum non ex sola  
Regula, sub qua profectio emititur, sed ex alijs et-  
iam circumstantijs desum, & presentim ex diuer-  
sis finibus, ad quos ipsi ordines Regulares sunt in-  
stituti, & ex diuersis constitutionibus ipsi. Regula  
superadditum: nam in Ecclesia multi sunt ordines  
sub B. Augustini Regula militantes, qui nihilominus  
vel ob distinctos fines, ad quos fuerunt ordinati,  
vel ob distinctas constitutiones superadditas,  
pro distinctis sunt habiti, & non habentur, vt Ordo Clericorum, Prædicatorum, Seruorum, & Er-  
remitarum, ac etiam militum Rhodiorum, & La-  
cobi de Spata, & aliorum, & ita in proposito no-  
stro ante regulas, que modò sunt in Ecclesia, tam  
clericis, quam monachis regulam Apostolicam pro-  
fitebantur: nec tamen erant vnius Ordo, sed pro  
distinctis habebantur. Distinguabantur enim pri-  
mò ratione finium, ad quos quilibet Ordo fuerat  
ordinatus. nam finis Ordinis Monasticus est vita  
contemplativa: ceterum finis Ordinis Clericalis  
est tum contemplativa, tum activa, ut dicit D. Thomas 2. quæst. 189, art. 8. ad 2. Rursus mona-  
chi pascuntur, & propria, & aliena peccata plan-  
gunt, cap. Alia 16. quæst. 1. clericis verò pascunt o-  
ues Christi predicando, docendo, sacramenta mi-  
nismando, & curam animatum exercendo, ibidè.  
distinguabantur quin etiam monachi à clericis  
per varias constitutiones ipsi Regula Apostolica  
superadditas, vel ab Episcopis, sub quorum custo-  
dia, & cura degebant, vel à Concilijs, vel à Summis  
Pontificibus, vel ab ipsis monachis, ac illorum Ab-  
batibus, ut videri potest apud Caffianum, & in vi-  
tis Sanctorum Patrum, ac etiam in antiquis Con-  
cilijs, in quibus multa fuerunt ordinata ad vitam  
clericorum, & monachorum, informandam, que  
statuta non solùmante D. Augustinum, verò et-  
iam post illum Regula sunt nuncupata, ut patet in  
vita Innocentij I. de quo in Pontificali Romano,  
& apud Anastasium, & alios legit, quod fecit statu-  
tum de Regulis monasteriorum, vel ut alij dic-  
unt, fecit Regulas pro monachis.

III. **P**otò quod spectat ad tertium articulum, an  
dicti clericis secundum aliquam determinatam  
formam profiterentur expresse, recens quidā au-  
tor nominis Iosephus Mozzagruanus, qui nuper r

ad manus meas peruenit, in primo libro de tribus  
geliis Canoniceorum Regularium pag. 26. scribit  
Nequam legitimus Apostolor, vel clericos primiæ Ec-  
clesia ad Augustinum vñque expresse profecti fuissent. sed  
nec vilibi Augustinum, & clericos eius. Cuius alterio-  
nis fundamentum est, quia, inquit, Augustinus  
nusquam prefert aliquam formam professionis  
subiungit: Augustinus affirmare bina modo profectum fa-  
cere sub tacta profectio, que in clericis raro annobis  
tum promotioni clericatus, abque alia expressio verbo-  
rum, sicut modo pauperes, & calizas conve[n]tior sed  
obedientia, quamvis non exprimantur: & sicut contin-  
tia assumptionis Ordinis, ut notar Joannes Andrea in  
cap. Legebatur de Majoritate, & obedientia.

Verum licet sola profectio tacita sufficere po-  
tuisset ad hoc, vt Regulares vere, & proprie di-  
poscent: Censeo nihilominus, illos non solùm  
citam, verum etiam expressam votorum, & regulae  
Apostolice professionem tum ante D. Augustinum, tum etiam tempore illius, ac post illum emis-  
sisse, prima quia ita expresse dicit D. Thom. in  
4. d. 3. q. 1. art. 2. quæst. 1. ad tertium, dum  
inquit, quod antequam essent iste Regule, que  
nunc sunt, erat aliquis modus votandi approba-  
tus ab Ecclesia, quo aliqui ad ea, qui superstero-  
gationis sunt, se obligabant, & tunc certi tempore  
obligatio ad illum modum idem faciebat, quod  
nunc obligatio ad certam regulam, agebat enim  
ibi D. Thomas de solemnis votis, quod emititor  
per professionem certe regulæ, vt patet ex argumen-  
to, cui responderet, & ex tota questione. vidi  
autem solemnem non tacitam, sed expressam pro-  
fessionem requiretur, & clariss in 2. quæst. 22. art. 7.  
in corpore, vbi dicit, solemniter voti attendi  
secundum aliquid spirituale, quod ad Deum per-  
tinet, id est secundum aliquam spiritualem beni-  
ditionem, vel consecrationem, qua ex insuffi-  
cie. A postolorum adhibetur in professione certa  
regule, ut dicit Dionylius 2. cap. Ecclesiæ His-  
tarchie, & quod votum solemnem in primis Ecclesie  
requireret expressam professionem, habuimus ex D. Dionysio in 6. cap. Ecclesiæ His-  
tarchie, & quod ille, qui votum solemnem emittit, ei  
expressam professionem facit, expresse renunci-  
do omnibus diuiniis libibus, id est diuinis illis scelis.  
Videlicet caput in j. part. Addo, cum dicit Augustinus,  
iustus clericos suffit professio sanctiatis  
& professio suffit clericatum & toties repeat no-  
men professionis, illudque inculet, ac exigitur,  
probabile admodum est, illos non per solam Ordini-  
sus suscep[ti]onem proferri solitos, sed etiam ex-  
presse promittendo vitam communem, & con-  
tentiam, & obedientiam. Quod confirmatur, nā  
professio tacita continentia non emititor per  
suspitionem cuiuscunq[ue] Ordinis, sed solum per  
suspitionem Ordinis sacri, verum in monasterio  
Diu Augustini, tam in horto Valerii, quam in  
domo Episcopi erant clericis professi, qui non e-  
rant in facis constituti, & de primo monasterio id  
pater.

pater, secundò verò idem probatur ex sermone 2. de Communi vita Clericorum, vbi meminit Patrii nepotis sui, qui necdum erat in sacris constitutus & ex epist. 261. in qua meminit cuiusdam Antonij secum à puerita in monasterio nutriti, sed nullis, nisi Lectionibus clericalibus insignijs ornati. Illi ergo non per solam Ordinis suscepionem profitebantur, sed expressas professionem eminabant.

IV. **N**ec refert, quod B. Augustinus, aut alij ante illum aliquam determinata formam profendi non tradiderint, credendum enim est, talon formam traditam, quamvis illum non teneamus, secundò dicti potest, talem formam traditam D. Dionygio loco proximè allegato. nam licet de solis monachis loqui videatur, tamen reuera loquitur de omnibus, qui per votum solemnè speciali modo seipso diuino servitio mancipabant, aut tandem dicendum, formam profundi fuisse determinata in genere, quod scilicet aliquibus verbis exprimente vota, que emittebant, quibus autem verbis id exprimerent in illorum arbitrio reliqui conficiebant, sicut etiam in contrahendo matrimonio determinata est à Christo forma in genere, ut consensus exprimatur per aliqua verba sensibiliæ, vel per signa externa, que à contrahentibus intelligi possunt, quibus autem verbis in particulari eiusmodi consensus exprimendus sit, in arbitrio contrahentium relatum fuit.

## CAPVT OCTAVVM.

An iudicium Clerici Canonici ante Augustinum certum regularem habitum haberent.

**S**ecundum dubium maiorem difficultatem ingredit, an iudicium Clerici Canonici ab Apostolis instituti ante D. Augustinum haberent aliquem certum, ac determinatum habitum. nam quod eiusmodi habitu habuerint, necessariò dicendum videtur, quia determinatus habitus necessariò requiritur ad determinatum regulare ordinem constitendum tanquam signum externum professionis interne, vt notat D. Tho. 2.2. quist. 18. art. 8. è contrario vero vix possibile est imaginari, quis, & qualis fuerit huiusmodi habitus, cum ex vetustissima Ecclesiæ traditione, ac etiam ex modo pingendi Sanctos Apóstolos, & clericos primitive Ecclesia approbatu confit, illis nullum certum, ac determinatum habitum tulisse, sed quisque illum habitum induerat, quem decentem, & temporis, & loco congruentem estimabat, vel quem pietas, & charitas fiduciam offerebat. Nec videtur sufficere, si quis respondet, illorum habitum fuisse tunicam lineā,

quam nunc etiam Canonici Regulares deferunt, hic enim ad futurum esse poterat habitus, quem in Ecclesia, & in sacris persigendis deferebant, sicut & nunc faciunt. Verum de isto habitu quæstio non est, sed de habitu quotidiano, ac visuali, quem extra Ecclesiam Regulares quique deferunt.

**P**ro huius itaque dubi resolutione primò adserendum est, duplēcē esse habitū Clericorū Canonorum, qui Canonici Regulares nunc vocantur, alterum internum, alterum externū. Habitū internū is est, qui propriè regularis dicitur, quem in sua professione Canonicus Regularis assumit, ac gerit in signum eiusdem professionis; hic habitus est foli, & simplex linea tunica, sive superpellicium, sive rochettum nuncupata, quam etiam camisiam romanam vocamus, ut notat Ioannes Andreæ in clém. 1. de Electione, in verbo Habitū, vt colligitur eidem ex Constitutionibus Benedicti Papæ huius nominis XII. pro reformatione Canonicorum Regularium editis, in cap. de forma habitus: cetera namque accidentalia sunt, hic autem folius est habitus illorum proprius, & essentialis, habitus verò externus est externum tegumentum, quod causa maioris decentie, aut necessitatis, aut etiam utilitatis, habitui interno superinducimus, cuiusmodi sunt pallium, cappa, scutabardum, & alia id genus, quibus canonici vtruntur super tunica linea, cum domo excent, vel itinera conficiunt. Inter hæc duo genera discrimen est, quod habitus internus nunquam dimitti, aut variari, aut occultari potest, ita ut cuiusquis; sit professionis, vel in situ non agnoscat, & contra facientes incident in Canonem excommunicationis latè sententie per textum in cap. 2. Ne clerici, vel monachi, in e. habitus verò externus in causa rationabili mutari, & variari potest, sive in materia, sive in forma, sive etiam in colore: cuius variationis exempla videri possunt in varijs Provinceis, quibus sunt Canonici Regulares, & notatur in dictis Constitutionibus Benedicti XII. in cap. de forma habitus, & vestimentorum, & etiam à Joanne Andreæ in Clement. supra citata. Habetus etiam aliud illius variationis exemplum in e. Deus qui, de vita, & honestate clericorum, vbi P̄t̄ifex Lituoniensi Episcopo scribens, qui multos Regulares ex diversis Ordinibus ad Euangeliū illis gentibus prædicandum accepit, ac inter illos quoniam plures Canonicos Regulares, iubet, ut idem regularis interno habitu retento, quem nullatenus dimittere, vel immutare debeant, in vnu decentem habitum externum se in vicem conformare studeant. & ibidem Glossa in verbo, Professi, & Abbas versiculo, in ea glossa, notant, quod folius habitus interior, non autem exterior est de substantia Religionis.

**S**ecundū sciendum est, antiquos clericos apostolicos, eti certum, ac determinatum habitū externum non haberent, sive quoad materiam, sive etiam quoad formam, & colorem, sed quisque

Y 4 illo